

1511

C O D I C E S

1512

grand Spinoſte en eſt l'autheur. C'eſt lui, qui a traduit en françois le Tractatus Theol. Polit. de Spinoſa, et qui l'a donné au public ſous deux diſſerents titres. Tituli hi ſunt la Clef du Sanctuaire, et Traité des Cérémonies ſuperſtitieufes des Juifs &c. Alium hujus Verſionis autorem invenias in Niceroni Memoires pour ſervir à l'Hift. des Hom. illuſtr. T. XIII. p. 46. le Sieur de S. Glain Angevin Capit. au ſervice des Etats de Hollande, quo nomine fortaffe ſe techerit Lucas ille, qui ceterum etiam Vitam, ſeu Panegyricum potius Spinoſae ſui emiſit ementito Hamburgi 1735. nomine, quae tamen prima non potest eſſe Edi- tio. Nicerono l. cit. p. 52. eſt fa- meux en Hollande par ſes Quint- eſſences, et plus encore par ſes moeurs, et ſa maniere de vivre.

DCLII.

R. 537 Codex chartaceus gall. Sec. XVIII. Folior. 271. 4. maximam partem ipsius Autoris manu exaratus inſcribitur Journal Chrétien et fol. praevio loquitur: J'apartiens a ſon Excellence M. le General Marquis (Philippe de Gentil) de Langallerie Comme etant de ſon ouvrage. Habemus igitur fatentem reum, Hominem, quem animi in- temperies et ambitio a. 1706. fer- vitio militari primum Patriae ſuae, tum Imperatoris Josephi I. alio- rumque Principum exturbavit, et per diversas Provincias insana et incredibilia machinatum tandem a. 1716. ad cuſtodiam Viennensem

reduxit, in qua a. ſequente viuen- di finem fecit. Extant ſub ejus Nomine: La Guerre d'Italie, ou Memoires hiſtoriques, politiques et galans. Cologne 1709. 12. ite- rum editae, et ab a. 1674. pro- ductae ad annum mortis à la Haye 1743. 12. a quodam Gautier de Faget, quae Romanensis potius Fabulae ſpeciem praefereunt. Ex- tant etiam Maniſte — écrit par lui — même en 1706. Cologne 1707. 4. et, quod Codici noſtro adjunetur est, Scriptum ad Anglos datum et certe typis excuſum Amſtelod. lē 30. Mars 1715. 4. foll. 4. quo illos ad cauſam communem invitat per emissarium D. Hierome de Cifneros et Men- doza, Comme moi Né Papiste, Comme moi Né Cavalier, de con- dition, Comme moi haut Elevé en Charge dans ſon état de jadis, et Comme moi converti à la Réforme par la grace de Dieu. Quae porro illa cauſa fit, e Diario noſtro Chriſtiano paucis habe: Conſtitutum ſe eſſe a Deo ad propagandam Fidem; ad iſtud ſe opus habere 30. Praedicatoribus, et 10000. Armatis, deſtruendum Antichriſtum Orientis et Occidentis, ſed hunc quamprimum, illuminandoſ Judaeos, liberandoſ, qui Maſſiliae in triremibus capti tenentur, Prin- cipes ad agnitionem veritatis co- gendos &c. Scriptum eſt iſtud Dia- riū inter annos 1713 — 15. et quidem Caffellis ab 18. Jun. uſque ad 5. April. Amſtelaedami paucis locis intermediis, quo bre- vi tempore excurrerat. Scriptum eſt autem a lepido capite Biblio- rum

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 6969

1513

P O L E M I C I .

1514

rum instar per *Versiculos*, quorum numerum usque ad 3745. diligenter computavit in marginibus; verum e subjecta *Tabula* adparet, haberi in hoc Codice non nisi primam *Diarii* Partem; Pars enim altera, cujus contenta in hac *Tabula* enumerantur et consistunt in XIX. *Discourses de l'Auteur au Lecteur* maximam partem contra Ecclesiam Rom. directis, adjunctis tamen quibusdam etiam Epistolis, usque ad numerum *Versiculorum* 8248. procedit. Ut jam de P. I. aliquid notem, ingreditur illa a precibus ad Deum et Christum, in quibus memoratur la seconde Vieilleffe du Pape et sa decrepitude, qui commencera l'année prochaine (ergo 1714.) et finira en celle de 1759. Et tamen fol. 213, legas: *Le Pape avoit refusé mes services &c.* Fol. 4. incipit Commercium epistolare cum Pastoribus reformatis, qui Coetus exulum Gallorum per ditiones Hass. Hanover. Brunsvicenses &c. curabant, nominatim Couder, Dartis, Beaumont, Lambermont, Faucher, Valter, Casaucau, la Bergene, Arnaud, quem adpellat Colonel et Pasteur, Serret, Causse, et Apostata quodam Renaud de la Vidalie, quem vocat Gentilhomme proselyte, qui estoit Moine predicator, quique editione Landgravii Cassel. fuga se proripuit, ut fol. 131. Omnes hos modis omnibus ad perniciosa confilia sua pertrahere nitebatur Langallerius, verum illi non dissimulato quidem in Rom. Catholicos odio caute tamen et firmiter respondere, Chri-

sti regnum nequaquam armis proferendum esse. Nihilo minus mirari subit eorum patientiam, qui tanto tempore praebarent aures, et calamum commodarent homini stultitiam suam et ignorantiam omni pagina prodenti. De posteriore fatetur ipse fol. 122. Je consens déstre traité d' ignorant, d'autant que je ne puis pas nier de léstre et denauoir iamais seu Musa, la Muse et probat prava scribendi ratio, qua se passim l'auteur pro l'Auteur signat. Atque haec hactenus Cassellis. Fol. 158. p. 2. incipiunt Amstelaedami scripta, et quidem a 28. Aug. 1714. quorum primum Catalogus Librorum, quibus se plurimum adjutum profitetur. Hos inter sunt quidam Jaque lotii, Piëteti, Mornaei Plessiaci, Supervillii, &c. alii Apostatarum Aymonii, Gabillonii, Gagnerii &c. multi Anonymi, etiam Fanatici, et quidam pro Quesnello. Concludit Noster: Voila le nombre cher l'auteur de 64. tomes ou volumes, sans conter ceux que j'ay laissé à Cassel, ou j'ay puisé tout ce que, graces à Dieu, je scay de la Theologie morale. Sequitur Dissertatio pseudoprophetica de proferendo Regno temporali Christi e Daniele et Apocalypsi, in qua cum invehatur in Turcas, certum est, hoc anno nondum eum Foedus illud agitasse, propter quod anno 1716. dum Stadae trajeustum pararet, mandato Caesareo captus, Vien namque perductus est, ut fidem faciunt Literae commeatus Caroli VI. datae 28. Jun. quas exhibet Ant. Fabri (Cph. Leonh. Leuch- tii)

1515

C O D I C E S

1516

iii) europ. Staats-Canzley P. XXVII. p. 814. Post haec agit Homo fatuus de conscribendis et a-lendis suis X. Millibus pour escroter la parole de Dieu, qui s'achent se defendre contre cent mille, sollicitatque 36. Mercatores et Trapezitas Amstelaed. quorum etiam recitat nomina, ut sumtus ministrant, nec putent illicitum, d'escroter avec une troupe armée la parole de Dieu, quod illis probare nititur e Drelincurtii Catechismo, et inserta Arnaldi, quem supra Colonel et Pasteur adpellaverat, Epistola a Langallerii molinibus non prorsus aliena, lectaque digna, eo etiam, quod Waldensis hic Quesiellianos Articulos vocet tous saints et chrestiens, mais condamnés par le fils de perdition et l'homme de peché. A singulis his dictis Mercatoribus cent francs ou cinquante Escus plus ou moins mutuos petit, et quidem Exemplis, ut ait, Scripti hujus apud Librarium Jourdan 19. Sept. typo expressis. Huic negotio fol. 195. p. 2. succedit Manifeste du General Marquis de Langallerie — à la Haye chez Jean Swart marchand libraire dans le Corte — Pooten 1714. Alia igitur Editio ab ea, quam jam supra memoravi, et quidem Prologo instructa, quo breviter fata Viri ab a. 1706. continuantur. Hanc excipit Histoire des motifs de la Conversion de Mr. le Marquis &c. et ipsa jam typo vulgata; additur enim: A Amsterdam chez Jacques Déborde sur le pont de la Bourse 1714. Includuntur in illa etiam Adlocutio die novae

Professionis 19. Jul. 1711. Francof. ad Viadrum ad eum habita a Pastore, ut videtur, Causse, quocum et cum Prof. Strimesio negotium abjurationis suae tractaverat, latinum item Testimonium ab Academia Viadrina, et gallicum a Consistorio ei datum. Culpanda fane venit Hominum incuria, quae libros mole metitur, et Schediasmata paucis plagulis constantia, quorum ope multi saepe in Historia errores vitari possent, ita facile deperire patitur, ut ultro jam nomine Foliorum volantium, Flugschriften, Pièces fugitives insigniat. — A fol. 233. p. 2. redordit Noster Somnia sua prophetica au Lecteur foeta gravissimis in Ecclesiam Rom. calumniis, primum quidem Amsteladamo 2. Octobr. 1714. tum 13. Octobr. dein 17. ejusd. mensis, atque hic ridiculum est legere relatas ab eo singillatim 39. Trapezitarum (Banquiers d'Amsterdam) de quibus supra mentio fuit, excusationes, quibus corvum hiantem delusere, quibus vero nihil abterritus ille Magistratus urbis Libellum supplicem obtulit, rejectusque ad Legatum Anglicum pro obtinendo Londini domicilio se convertit. Atque haec 29. et 30. Octobr. Postrema, quae cum Lectore communicat, inscripta sunt Didrio 7. Nov. In his delirat de Rege Galliae avertendo a Foedere 1713. inito, et ad meliorem obitum, quam quidem a Jesuitis sperari possit, comparando, simulque inserit: Ordonnance du Roy très Chrétien portant défenses à ses Sujets nouveaux convertis

1517

P O L E M I C I .

1518

vertis de passer dans les pays étrangers, et aux Refugés de venir en France sans sa permission. Fait à Fontainebleau le 18. Sept. 1713.
Addit: Avec une très humble et très respectueuse Remontrance à S. M. sur divers inconveniens, qui en résultent. Verum, quamvis superfluisse charta, non comparet haec Remonstratio, sicutumque Somnia infelicis Herois aestuantis angusto limite mundi, de quo, qui tradidere, non satis adverterunt ad ea, quae circa Sacra moliebatur. Qui plura de eo volet, adeat Codices inter Recentiores Bibl. Palat. Numeris 1392—94. item 1405—6. signatos, ejusque Diarium ab a. 1698—1716. complexos; me enim jam hujusmodi nigarum taedet.

DCLIII.

R. 86 Codex chartaceus germ. Sec. XVIII. Folior. 312. f. ab Homine rudi et fanatico conscribillus referri vix meretur. Utrumque vel Titulus docet: *Treii herzlig vormanung zur auff Mundierung an alle Podentaten der Chriſten Welt keitſer kinige fürſten und beerenn burgameiſter und radt und Wehr das ſchwerdt der oberkeuldt in der handt bat daß ſij doch in die Welt ſechen wie es iherrem anbt gemäßiſt und den El lendten zustandt der kürchen Chriſti die nun mehr under dess theufels und der bözen macht und gewaldt geraden iſt wider raden und halffen &c. Titulo subscriptum: Denis Codd. Theol. V. II. P. II.*

1702. den 14. tags diſes iahrs. In Praefatione praeter hanc Exhortationem promittit Descriptionem Regni Diaboli, Sagarum et Antichristi, Iter Italicum, et Fata sua. Ait ſibi opus fore viginti annis ad scripta ſua perficienda, ut Job. Calvino ad suas *Institutiones Relig. Christ.* obſervaturque recenſior ejus manus, qua Operi jam descripto fol. 3. p. 2. adjecit: Magni quidem ſe feciſſe Biblia; verum mutaffe nunc mentem, comperto, multa ab iis promitti, nihil vero praefati. Sed apage blaſphemiam! Praefationi ſubjunctae ſunt temerariae et insanae Epistolae ad Fridericū III. Elect. Brandeb. ad Episcopum Curiensem, ad Rudlingerum quendam Ecclesiasten Tigurinum et Job. Bellum Norimbergens. Atque his ſubditum comparet nomen Autoris: *Alexander Peer zu thußis in bündt.* Igitur *Tuscanensis Griso* fuit, cuius Lernam profoundius intrare pudet, piagetque.

DCLIV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 1064 XIV. Folior. nunc 124. 4. maj. per duas columnas usque ad fol. 9. ab una, deinceps ab altera, eaque elegantiore manu scriptus et rubricis distinctus continent I. Marſili Menandrini, melius Mainardini a Patria Patavini Opus pro Imperatoribus contra Pontifices insignitum *Defensor Pacis* circa an. 1324. cuius bina Exemplaria jam protuli Vol. I. P. 2. col. 2057. Cc et